



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

S. Thomas à Villanueua. Ar. Valentinus n. 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

## CLASSIS IV.

## AB ANTISTITIBVS.

1. **A**S. THOMA A VILLANOVA Archiepiscopo Valentino Augustiniano, qui nunc ab Alexandro VII. in Sanctorum Pontificum adscriptus Catalogo, eximia Vita Sanctitate, & miraculis, & doctrina illustris. Is Valentia fundatum Societati Collegium adeo amavit, & in pretio habuit, ut si quem ex nostris Patribus amoveri Valentia cerneret, amanter exposculet, Auxilia sibi detrahi. Ita Par. 1. Hist. Societ. lib. 15. num. 78. Eo quod (prosequitur nosler Nicolaus Lancicius) nostrorum hominum opera ad omnes Episcopalis muneris functiones, cum Sacerdotibus communes, perpetuo magna cum commendatione, & suarum ovium ingenti utilitate, ac profectu vteretur, & sua cum illis consilia communicaret, ac si non Antistes esset doctissimus (libris præclaris typo vulgaris celebris) sed unus ex infimo Cleri gradu. Moriturus vero cum quamdam haberet in nominibus pecuniam (nam fere aliam non habebat quàm pauperum manus) eius partem ampliolem Collegio Valentino legavit: ratus illi hominum Catui copiosorem eleemosynam donandam, per quos viderat, & plures adduci ad Christianam pietatem animas Catholicorum, & Hereticorum ad Christi Oule. Ita Lancicius cit. Tom. 2. Opuscul. Spiritual. Opusc. 17. cap. 4. num. 198.

Societas  
Auxilium  
Antisti-  
tum.

2. A FRANCISCO BANDINIO Archiepiscopo Senensi, qui de Paschalisj nostri virtute, & industria celebre testimonium dedit, auxiliumque ei, Civitatieque ab Ignatio Parente Sanctissimo petit his literis. Ea est (inquit) Paschalisj Vestri, at potius nostri vitæ integritas, & morum suavitas, ut omnibus gratus, iucundusque sit, mihi vero gratissimus: & in eo munere, quo hic fungitur, est adeo vehemens, ut summa eius cum laude, oculos omnium in se conuertat. Nam verbis hortatur, exemplis iuvat, humilitate allicit, charitate ad bene, beateque

Laudatur  
in filio Pa-  
schasio: &  
aliq̄ desi-  
derantur.